

II. *Eclipsis Lunæ observata Romæ, ad radices Collis Quirinalis, nocte sequente diem 31. Octobris, 1724. per clarissimum Virum Franciscum Blanchinum. Ex Epistola Rev. & Cl. Viri, Johannis Baptistæ Carbone, S. J. ad Isaacum Sequeyra Samuda, M. D. R. S. S. Coll. Med. Lond. Lic.*

*T. V. post Med. Noct.*

*H. M. S.*

**I**Nitium umbræ veræ (quantum secerni potest à penumbra) apparere nunc incipit in limbo Lunæ, in ea parte disci, quam secat radius à centro Lunæ ductus per maculam Aristarchi.

Cum nubes redderent difficiliorum conspectum macularum, curavi definire quantitatem diametri obscuratæ ope Micrometri. Nunc igitur latent Digiti 3. circiter. Nam portio diametri AB *Fig. 1.* ab umbra libera, est partium 14, qualium tota Lunæ diameter est 18  $\frac{1}{2}$ .

Serenato tantisper cælo, umbræ limes transire videtur per Rheinoldum. Portio autem Diametri AB ab umbra non infecta est partium Micrometri 13.

Umbræ limes tanto spatio est infra Grimaldum (in tubo invertente objecta) quanta est diameter ejusdem maculæ Grimaldi. Transiit quoque limes umbræ per Eudoxum & Aristotelem.

AB

	<i>H. M. S.</i>
A B partes Micrometri 9.	3 54 40
Umbrae limes pervadit centrum Maris Crisium, & stringit limbum maculae Grimaldi. Portio verò A B immunis ab umbra æquat partes Micrometri $8\frac{1}{2}$ .	4 6 10
Sirius ad Meridianum appellit clarissimè.	4 7 53
Totum Mare Crisium jam latere incipit, & in umbrae limite versatur etiam centrum maculae Grimaldi. A B est partium Micrometri 8.	4 12 40
A B partium Micrometri $7\frac{2}{3}$ .	4 20 0
A B partium $7\frac{1}{4}$ circiter. Totus Grimaldus extra umbram, & Ricciolus quoque visitur. Limes umbrae transit per marginem Maris Nectaris.	4 25 0
Detegitur Galilæus.	4 41 0
A B partes Micrometri 8.	4 52 0
Aristarchus incipit ex limite umbrae prodire.	4 55 30
Centrum Aristarchi exit.	4 56 30
Totus Aristarchus extra umbram.	4 57 30
Centrum Copernici exit.	4 59 20
Totus Copernicus extra umbram.	5 0 10
Eratosthenes exit.	5 8 30
Helicon incipit emergere.	5 18 50
A B partes Micrometri $12\frac{1}{3}$ .	5 24 50
Plato incipit emergere.	5 25 50
Totus Plato extra umbram.	5 26 55
Plinius extra umbram.	5 28 20
A B partes Micrometri 14, vel $14\frac{1}{2}$ .	5 33 50
Quare digiti tres adhuc latent.	
Prior limbus Maris Crisium incipit prodire.	5 38 50
Centrum Maris Crisium extra umbram.	5 40 50
Totum mare Crisium extra umbram.	5 44 50
	Finis

Finis umbræ veræ, quæ exit è limbo  
Lunæ circa punctum definitum per Diame-  
trum à centro ductam per Cleomedem.

H. M. S.

5 48 50

III. *Observationes aliquot Circum-Jovialium ha-  
bitæ eodem anno 1724. per eundem Cl. Blan-  
chinum. Ex eadem Epistola.*

Dies. Mens.  
8 Jun.

TV. post Med. N. 57.

H. M. S.

**I**N Castro Viscardi supra Vul-  
finium in eodem ferè Meridi-  
ano cum Vulfiniis (vulgò Bolsena)  
Satelles secundus B (*Vide Fig. 2.*)  
ex umbra Jovis emerferat, & ita  
configuratus viscebatur cum cæ-  
teris.

Satelles tertius C subit limbum  
Jovis è directo fasciæ mediæ.

Satellitidis intimi A incipit lumen  
imminui.

Totalis ejusdem immerfio, re-  
liquis Satellitibus B, D, & fasciis  
perspicuè apparentibus.

24 Jun. Romæ observata est tum im-  
merfio secundi Satellitidis, tum pri-  
mi, ita configuratis Jovialibus.  
(*Vide Fig. 3*)

Satellitidis secundi B incipit lu-  
men debilitari.

Omnimoda ejusdem immerfio.

2 48 30

3 0 30

3 26 20

3 27 10

1 39 0

1 40 20

Etiam

Fig. 1.




Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 5.




Fig. 4.



Fig. 6.




Fig. 7.

